



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita S. Libori[i], Cenomanensis Qvondam Episcopi: Nunc
Paderbornensivm Tvtelaris Divi**

[S.I.], [ca. 1650]

Capvt XX. Dæmon obsessor à muliere quadam pellitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45568

CAPVT XX.

Demon obsessor à muliere quadam pellitur.

X quo loco non longum i-
ter emensi, consuetum vir-
tutis D E I testimonium ad
comprobanda merita electi sui vi-
dere meruerunt. Id ipsum tamen,
quod factum est, quo appelletur no-
mine, non satis occurrit. Euentum
fuisse dixerim? Sed non solet res ta-
lis casu etenire. Miraculum nomi-
nem? Sed id non magnoperè quis-
quam eorum admirabatur. Quis
enim velut nouum miretur, quod
XI'X. Mi. sepius intuetur? Mulier à demonio
raculum. liberata est. Magna D E I pietas, ma-
gnū Confessoris eius meritum, rem
alibi raram, in illo itinere fecit vſi-
tatam esse. Quæ tamen mulier tunc
à valde diuturna vexatione saluata
(nam quindecim annis cā labora-
uerat) haud quaquam ingrata suo
exitit saluatori. Cum enim esset de-
castel-

castello quod Bauaca nominatur,
nō infimis orta natalibus, relictâ pa-
triâ & parentibus, D E O & S. LIBO-
RIO se, dum viueret, seruituram de-
nouit. Secutaque sancta pignora
vsque ad locum, in quo hactenus
requiescunt, in eorum seruicio reli-
quum vitæ suæ spatum transsegit.
Circa hæc eadem loca & alia pluri-
ma sunt in via ostensa miracula:
sed nobis, festinantes illos ad pat ri-
am stylo prosequentibus, non va-
cat in singulis immorari.

*Gratæ men-
tis imitâda
virtus.*

*Miracula
plurima hic
omissa.*

CAPVT XXI.

*Gallorum sacras Reliquias, Rheno dirimente,
linquentium mæror ingens: & easdem acce-
ptantium VVestphalorum pariubilis.*

CVM ad Rhenum fluuium
peruenissent, erant in san-
cto illo comitatu prouinci-
arum occidentalium populi infi-
nitæ multitudinis: qui de longin-
quis locis illuc secuti, iam necessa-

F 3 rio,